

quem ego mitto vobis. quia pater procedit. Et enim  
fide loco procedit sp̄s & ad locum transit. & ipse pater  
in loco inuenitur. & filius. fide loco exit. quē pater  
mittit ita ut filius. Itaque de loco transiens sp̄s  
atq. progrediens. & patrem sicut corpus. secundū  
impia<sup>s</sup> inter p<sup>r</sup>ædicationes relinquere videtur & fi  
lium. Hoc secundum eos loquor. qui putant quod  
habeat sp̄s decessorium motum. Sed neq. in loco ali  
quo pater circumscribitur. quiescit super omnia  
non solum corporee nature. sed & iam inuisibilis  
creature. Neq. filius suorum operum locis tempo  
ribusq. concluditur. qui super omnem est creatu  
ram. totius opifex creature. neque sp̄s veritatis.  
ut pater dī sp̄s. circumscribitur aliquibus finibus  
corporalibus. Quicum sit incorporeus. omnem in  
telligibilem substantiam creature. inenarrabili  
divinitatis plenitudine super eminet. spirandi  
ubi velit. & inspirandi quomodo velit. habens  
super omnia potestatem. Non ergo quasi ex lo  
co mittitur sp̄s. aut quasi ex loco procedit ex fi  
lio. sicut ipse filius cum dicit. De patre proces